









8114

N<sup>o</sup> 4

1598

7



A. F. D. T. E. V.

Propositiones

DE IVRE DOTIVM

Ex utroq; iure conscriptæ,

Quas

*Præside Dn.*

STATIO BORHCHOLTEN

V. I. DOCTORE ET IN IN-

clyta Iulia professore

publico,

*proponit & defendes*

IOHANNES HACKELBVSCH.

*31. Maij in auditorio maiori  
hora 6.*

Pet. Gregor. ex Aelian. Prænestino.

Ὅτι γὰρ πάντα πᾶσι καλὰ, ἀνδρῶν ἀξία δοκεῖ ἀποδοῦ-  
σθαι πᾶσι πάντας.

HELMAESTADII

Excudebant hæredes Iacobi Lucij,

Anno M. D. XCVIII.





117.

DE IURE DOTIVM

EXTRACTVM

STATVS ROEMANVS

IN REBUS

IOHANNES MAC

THEMASTALL

regele in rebus

anno 1711





*orig. de do. nu. 15. & 25. VVesenb. in parat. in pr. h. t. b l. iubemus  
in pr. C. de Repud. N. 22. c. 3. N. 74. S. illud quoq. N. 117. S. quia verò.  
Hottom. d. tr. fol. 833.*

7. An itaq; nuptijs non secutis dos data repeti possit  
quæritur, & posse vna cum fructibus & accessionibus, vt  
infra dicitur, verius est.

*per d. l. licet. l. 1. C. de condict. ob cau. l. in reb. ff. de Iure dot. l. dotis fru-  
ctus 7. §. 1. cum seqq. l. 38. ff. de Vsuris l. 8. 10. §. si ante. l. 21. ff. de Iur.  
dot. Iacob. Butr. d. lo. nu. 24.*

8. A muliere vel alio &c. Nihil enim impedit an ipsa  
mulier vel alius eius nomine det aut constituat, vel an ne-  
cessitate coactus vel vltro hoc faciat.

9. Hinc Dos in profectitiam & aduentitiam diuiditur.

*Vlp. in frag. t. 6. de dotib. l. 5. & 6. ff. de Iur. dot. l. vnic. §. 1. C. de rei vx.  
act. VVesenb. in parat. ff. h. t. n. 3. Constant. Roger. de do. q. 10. Hottom.  
d. lo. fol. 829.*

10. Profectitia dicitur quæ à patre vel auo profecta  
est de bonis vel facto eius.

*l. 5. ff. h. t. Hottom. d. loc. VVesenb. d. t. in parat.*

11. Aduentitia est quæ à quouis alio quàm à patre auo-  
que datur.

*d. l. profectitia. ff. de Iur. dot. l. si cum dotem. & l. Caius. ff. solu. matr.  
Hottom. d. loc. Anto. Guib. Costa. de do. c. 3. in pr.*

12. Necessitate verò cogitur pater in primis pro modo  
facultatum dotem dare, adeo quidem, vt si conditionem  
filix non quærat, pudorq; & ætas hoc flagitet, officio &  
autoritate magistratus ad id compelli possit.

*l. 19. ff. de rit. nup. Anto. Guib. d. lo. c. 3. n. 7.*

13. Sed quid si filia sit locuples quod reiecta Bartoli *a*.  
Alciati *b*, Duareni *c*, opinione cum Guiberto *d*, Mynsin-  
gero *e*, Geill *f* affirmamus.

*a In l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad S. C. Trebel. b lib. 8. parer.*

*c. 3. c de dot. & dot. Iur. c. 3. d d. l. n. 13. e Cent. 5. obser. 32.*

*f lib. 2. pract. obs. 95. nu. 14.*

14. Idem



14. Idem etiam dicendum est in Adoptiua *a*, num autem & hoc in emancipata locum habeat quæritur? & cum plerisque hoc affirmamus *b*.

*a* *Hotto. d. loc. b* *Iacob. Burrig. de do. in pr. n. 1. fol. 476. Anto. Guib. Costa. de do. c. 3. n. 11. per l. ult. C. de do. promiss. l. 5. §. 1. de ag. lib.*

15. An autem filiam spuriam siue notham dotare teneatur vel possit, non æquè expeditum est? nos illis subscribimus qui posse aiunt, teneri negant.

*l. humanitatis §. 8. & auth. seqq. C. de natur. lib.*

16. Hæreticæ autem & turpiter viuenti, illique quæ indigno suo genere & moribus sine patris consensu ante vicesimum quintum ætatis annum nupsit, omnino non tenetur pater dotem constituere.

*Guib. d. c. 3. nu. 28. & seq. l. 19. C. de inoff. test. Constant. Roger. de dot. c. de dot. constitutor. nu. 22. & seq.*

17. Quod si pater egestate prematur paternus auus ad dotis necessitatem astringitur.

*l. & ideo §. ult. ff. de in rem. ver. l. dotem quam dedit. ff. de coll. l. profectitia §. si filius. ff. de iur. dot. Guib. d. loc. nu. ult. Iohan. Campes. de do. p. 1. q. 18.*

18. Sic & tutores & Curatores dotem pupillis pro modo facultatum & natalium dignitate constituere tenentur.

*l. cum post §. nuptijs l. quero. ff. de iur. dot. Duar. d. lo. c. 3. Hotto. d. lo. fol. 83.*

19. Frater consanguinæ sorori egenæ constituere tenetur dotem, quod si vterinæ velit honestè & ex liberalitate mera facit, arbitrioq; eius permittitur.

*l. 12. §. cum tutor. ff. de ad. tut. Odofred. de dot. rest. n. 3. 481. Hotto. d. in loc. Iohan. Campes. de dote p. 1. q. 25.*

20. Num autem filius matrem teneatur dotare dubitatur? quod licet inspecta mera iuris dispositione negantium videatur verior, ingenij tamen exercendi causa videbi-

debi-



debimus an affirmatiua sententia defendi possit.

*per l. 13. §. fin. de ad. tut.*

21. Planè mater non tenetur filiabus dotem constituere, nisi forte pater sit inops & egenus, multo minus pater potest de bonis maternis.

*l. neq. mater. C. de iur. dot. Hotto. d. loc. Guib. d. c. 3. nu. 4. Campes. de dot. p. 1. q. 22.*

22. Atque hæ personæ coguntur dare. Vltro autem dant reliquæ omnes. Promittendo enim dotem omnes obligantur cuiuscunque sexus & conditionis.

*tex. in l. promittendo. ff. h. t.*

23. In tantum vt & mulier si dotem pollicita fuerit vel sponderit, non obstante S. C. Velleiano suam confessionem adimplere compellatur.

*tex. in l. generaliter. & in l. 12. C. ad S. C. Velleia.*

24. Constitutio autem dotis, vel in dando, dicendo, & promittendo consistit, & rectè dotem stipulatione, pollicitatione, conuentione, traditione, acceptilatione, remissione debiti & delegatione constituimus.

*Duar. de dotib. c. 2. per tex. ib. alleg. V. Vesenb. in parat. ff. eod. nu. 4. Roger. de do. c. constit. dot. gen. & c. n. 3.*

25. Constituitur quoq; vltima voluntate veluti testamento, codicillis, donatione mortis causa.

*l. 41. §. testamento. 7. de legat. 3. l. 14. ff. de dot. preleg.*

26. Quod autem dos promissa & nondum numerata dos sit dicenda non dubitamus *a*. Vnde sequitur quod statutum de dote lucranda etiam in promissa locum habeat, si vxor ante numerationem mortua fuerit *b*.

*a tex. in l. cum post. §. sed is de quo. ff. de ad. tut. b Geil. pr. obs. 2. c. 79. per tot.*

27. Dixi eius rei. Per verbum REI intelligo res omnes siue corporales siue incorporales illæ sint. Non itaq; solum res quæ pondere, numero & mensura constant, sed

B etiam



etiam iura, veluti hereditas, Emphyteusis, in dotem recte dantur.

*l. res in dotem 42. ff. de Iur. dot. l. unic. §. exactio. C. de rei ux. act. l. nec ullam 13. §. apud. ff. de petit. hered. Wesenb. de Iur. dot. n. 3.*

28. Num autem feudum? & si eius natura ferat concedendum hoc.

*lib. 2. de feud. c. 17. de eo qui sibi & hered. & ibi Cuiac. lib. 2. c. 19. §. donare. qualiter olim seu. po. alic. Curt. de feud. p. 4. n. 93. VVurmbf. pr. obs. qui de feud. & c. obs. 19.*

29. Quod si bona allodialia quispiam non reliquerit unde filiabus dotem constituere fratres vel propinqui possint, aequitas suadet & in foro recepta sententia est, ut secundum Quantitatem bonorum feudalium & natalium dignitatem, ex bonis feudalibus accipiant.

*Schneid. v. ad §. fuerat. n. 97. Inst. de act.*

30. Res itidem alienæ a & indefinitè promissæ b quo casu boni viri arbitrato dos æstimatur.

*a l. 6. §. 1. ff. de Iur. dot. l. si alienam. 11. ff. solu. matr. b l. 69. §. 4. ff. h. t. l. 3. C. de dot. promission.*

31. Hinc si pater non expressa Quantitate filix legauerit dotem utile est legatum, atque ex dignitate natalium pro modo facultatum ac numero liberorum patris testantis, arbitrio boni viri constitui debet.

*d. l. cum post. §. gener & l. quero. ff. de Iur. dot. Schneid. ad §. sed si uxori. Inst. de legat. n. 15.*

32. Aequè dubitationem adfert, an dote non constituta, omnia bona mulier in dotem dedisse censeatur? & posse quidem omnes res suas in dotem dare, non autem ceneri, nisi hoc probetur, arbitramur.

*tex. in l. nulla. C. de Iur. dot. Geil. pr. obs. 2. c. 82. n. 1. & seq.*

33. Ex illis & hoc infertur: An mulier secundo nubens cum eadem dote nubere intelligatur? quod itidem affirmandum censemus.

*per*



*per tex. in l. penult. §. vxor. ff. solu. matr. l. Diuus. ff. de Iur. dot. Andr. Geil. d. obs. nu. 7.*

34. Præterea tam æstimatæ res quàm inæstimatæ in dotem dantur.

*l. plerumq; & l. si res æstimata. l. quamuis 75. ff. h. t.*

35. Hinc vtrum dos sit in dominio mulieris an mariti, maximis ambiguitatum fluctibus agitata & mirificis disputationum procellis concussa quæstio est. Et licet æstimatarum rerum maritum dominum esse intrepidè cū quam plurimis dicamus, distinctionis tamen adminiculo ad hanc quæstionem solidè respondebimus.

*d. l. plerumq; & l. si res æstimata. l. quamuis 75. ff. h. t. Guib. de dot. c. 5. de dot. n. 7. Dn. Borcholt. ad pr. t. Inst. quib. alie. vel non. li.*

36. Aestimatarum autem rerum periculum, incommoda & interitus ad maritum pertinent, vt & commoda.

*l. quoties. ff. h. t. §. cum autem. Inst. de emt. & vend.*

37. Inæstimatarum autem rerum interitus & periculum ad mulierem pertinet.

*l. plerumq; 10. §. 7. ff. de Iur. dot. l. quamuis 75. ff. eod. Hotto. sep. al. lo. fol. 831.*

38. Virum tamen in ijs tam dolum quàm culpam præstare oportet, & diligentiam talem adhibere, qualem suis rebus adhibet, quia sua causa dotem accepit.

*l. in rebus. ff. h. t.*

39. Res itaq; æstimatas alienare a c distrahere pro suo arbitrio poterit maritus a si modo ex suis bonis vxori possit satisfacere b.

*a l. quoties. C. de Iur. dot. d. l. plerūq; d. l. vnic. §. cumq; C. de rei vx. act. b Bart. in l. 1. ff. solut. matr. VVesenb. in par. ff. num. 3. de fundo dotali.*

40. Fundi autem dotalis inæstimati, vel etiam cuiusuis rei immobilis, alienatio, obligatio, oppignoratio, marito non permittitur, etiam consentiente muliere.

B 2

Iohan.



*Iohan. Borcholt. d. loc. quib. al. li. vel non. N. 61. §. veruntamen & ibi  
gl. ibidemq; Cuiac. Anto. Guib. c. 5. nu. 14. Bald. Nouel. p. 7. pr. 1. Cam-  
pes. p. 4. q. 9.*

41. Sed quid si mulier iurauerit se alienationem non  
reuocaturam, confirmaturnè alienatio & valida efficitur?  
& alienationem subsistere existimamus, non quidem iure  
sed facto ipso, necessitate scilicet iuramenti, præsertim si  
vi metuè non fuerit extortum.

*c. cum contingat. de Iureiur. Auth. sacramenta C. si aduers. vend.  
Fortun. Garzia de ult. fin. Iur. civil. & Cano. nu. 313. Iohan. Campes. de  
do. p. 4. q. 11. Geil. 2. pr. obs. 42. nu. 8. VVesenb. Inst. quib. alie. li. vel non.  
num. 8.*

42. Non ineleganter autem hîc quæritur? an fundus  
ex dotali pecunia emptus dotalis fiat? & licet Duarenus,  
Accursius, Campesius & plæriq; hoc negent, nisi volun-  
tate vxoris accedente fundus emptus sit: simpliciter ta-  
men cum Hugone Donel. hoc affirmandum putamus.

*Duar. ad l. si cum dotem. §. ult. ff. solu. matr. Campes. d. p. 4. q. 8. Donel.  
com. Iur. civil. lib. 5. c. 2.*

43. Bona verò paraphernalia, mobilia & immobilia  
mulier alienare quin possit extra dubium positum est.  
Non tamen absurda videtur opinio eorum qui in nostro  
foro præter mariti autoritatem & mulieri curatorem ad-  
iungendum esse statuunt.

*VVesenb. in parat. ff. de fund. do. n. 7.*

44. Dotis possessionem autem si res marito traditæ  
fuerint penes maritum esse cum Hottoman. existimamus.

*d. loc. fol. 837. per §. per traditionem. Inst. de rer. diuis.*

45. Dixi porro in definitione: Ut perpetuo apud eum  
permaneant: Constante enim matrimonio dos repeti nõ  
potest. Quod tamen ita intellige nisi grauis causa incide-  
rit, aut matrimonium solutum fuerit.

*l. in reb. §. omnis. C. de Iur. dot. l. unic. C. si dos const. matr.*

46 Hinc



46. Hinc si maritus ad inopiam vergat constante matrimonio dotem repetere vxor poterit, vt & bona paraphernalia & donationem propter nuptias.

*l. si costante. & l. ubi adhuc. C. de Iur. dot. Geil. 2. pract. obs. 83. n. 2. & 3. Iohan. Campes. p. 3. de do. q. 45.*

47. An autem idem sit dicendum si scienter obarato & prodigo nupserit marito mulier, apud iuris Interpp. controuertitur? quod negandum censemus.

*Geil. 2. pr. obs. 84.*

48. Hinc licet regulariter de iure Ciuili, dotium fideiussores reprobati sint *a*, in hoc tamen casu admittendos censemus *b*.

*a l. qui ita §. 1. ff. ad SC. Trebell. l. final. C. ne fid. do. den. Duaren. de Iur. dot. c. 4. b Geil. d. obs. 84. n. 10.*

49. Ex his & hæc dubitatio oritur: An maritus dotem ob inopiam suam restitutam ad pinguiorem fortunam reductus & locupletior factus repetere possit? & affirmantibus accedimus.

*Geil. 2. obs. 85.*

50. Quod si solutum fuerit matrimonium penes quem maneat dos, aut ad quem reuertatur videndum. Et soluitur matrimonium aut morte mariti aut vxoris, aut etiam subsecuto diuortio.

51. Cum itaq; matrimonium vel morte mariti, vel diuortio interueniente soluitur, profectitia dos patri & filiae communis est, si filiam in potestate habeat, exercitium tamen actionis soli patri tribuimus, accedente tamen voluntate filiae.

*l. 2. §. 1. ff. solu. matrim. & ibi Duar. l. filius §. 17. ad SC. Macedo.*

52. Emancipatae autem propriam tribuimus actionem. *l. si ab hostib. solu. matr. l. quoties 29. eo. l. vnic. §. videamus C. de rei vxo. act.*

53. Soluta verò coniugio morte vxoris iure succur-



sum est patri ut in solatium amissæ filiæ, dos ab ipso profecta ad eum redeat.

*Liure succursum. ff. de Iur. dot. l. si filia emancipata. ff. de diuor. & repud. Cuiac. tr. 5. ad Africa. ff. rem ra. hab.*

54. Quod si pater superstes non fuerit, & vxor præmorta fuerit, apud maritum remanet.

*Vlpian. in frag. t. 6.*

55. Nobilis hic veterum Interpp. quæstio succedit: An vxore mortua liberis post se relictis, dos penes maritum remanere, an verò ad patrem debeat reuerti? Et licet Martini, Placentini, Bellouisi &c. sententiæ liberis fauorabilior sit & vsu receptior: tamen Iohannis, Bulgari, Azonis, Bartoli opinioni ut veriori subscribimus.

*Hotto. fol. 839. Guib. de do. c. 6. n. 3. cum seqq. Gl. in l. 4. verbo filiosa. C. solut. matr.*

56. An igitur statutum disponens quod mortua vxore sine liberis maritus dotem lucretur valeat, quæritur? & valere verius est.

*Rol. à Val. q. 1. & seqq.*

57. Aduentitia autem dos semper penes maritum remanet, præterquam si is qui dedit ut sibi redderetur stipulatus fuerit.

*Vlp. in frag. t. 6. l. unic. §. accedit. C. de rei vxo. act. Hot. fol. 840.*

58. Nunc consequens est ut qua actione dos repeti possit videamus. Et olim quidem dabatur rei vxoriæ actio mulieri, in cuius locum hodie successit ex stipulatu actio, quæ ex parte viri & vxoris petentis vel repetentis dotem bonæfidei est & datur mulieri aduersus maritum in id quod facere potest, aduersus extraneum autem in solidum.

*§. fuerat. Inst. de act. l. unic. C. de rei vxo. act. Dn. Borcholt ad d. §. fuerat.*

59. Et compellitur hac actione maritus ut res mobiles



les statim, immobiles intra annum reddat, cum vsuris à tempore moræ, & fructibus à tempore dissoluti matrimonij perceptis.

*d.l.unic. §. exactio. C. de rei vxo. act. Cuiac. in no. ad Vlp. t. 6. Brand. in parat. C. d. t. num. 8.*

60. Fructus autem constante matrimonio perceptos an maritus vel mulier lucretur, admodum intricata est quæstio? Et æstimatarum quidem rerum accessiones maritum lucrari omnino statuimus.

*d.l.unic. §. cumq; ex stipulatu.*

61. In inæstimatis autem distinguendum putamus; aut enim accessiones sunt in fructu (vt foetus pecorum, fructus agrorum) & hæc donec matrimonium consistit lucro viri cedunt, fructusq; vltimi anni pro rata temporis diuiduntur inter mulierem & maritum eiusuè heredem.

*d.l.unic. §. cumq; ex stipulatu. Brand. in parat. d. lo. n. 8. l. dotis fructus h. t. l. 20. C. de Iur. dot. l. 11. l. 31. l. fructus. §. Papinianus. ff. solut. matr. Vesenb. in fin. ad t. ff. solu. matr. & in no. ad Schneid. §. is verò. Inst. de acquir. rer. dom.*

62. Quod si non sint in fructu (veluti partus ancillarum, & quæsitæ per seruum dotalem extra operam suam & mariti rem) vt incrementum dotis cum ipsa dote mulieri restituendæ sunt.

*d.l.unic. §. ex stipulatu.*

63. Quomodo autem diuisio fructuum inter coniuges soluto matrimonio fieri debeat, inter iuris magistros valde controuersum est: nos Cuiacij sententiæ accedimus.

*Cuiac. 4. feud. 3. & 2. not. mercat. 8. 2. sent. Paul. 22. lib. 4. obs. 22. Conna. 8. com. 10.*

64. An autem & ob impensas dotis retentio fiat spinosa & ardua Dd. est controuersia? & voluptuosarum quibus neque omissis deterior, neque factis melior effecta est, deductio sine iæsiōe prioris speciei permittitur.

*d.l.*



*d.l.unica. §. taceat. l. 7. 9. & l. 12. ff. de Imp. in res do. Vlpian. in frag. t. 6. in fine.*

65. Utiles autem quibus non factis dos quidem deterior non fuerit, factis autem fructuosior est effecta, voluntate mulieris interueniente mandati actione seruat maritus, citra voluntatem negotiorum gestorū nomine.

*d.l.unic. l. 8. ff. de Imp. & ibi Cuiac. & VVesenb. in parat.*

66. Necessariæ autem impensæ ipso iure minuunt dotem.

*d. §. l. unica. l. 1. cum seq. ff. d. tt. de Impen.*

67. Porro & rei vindicatio in quibusdam casibus datur mulieri, pro repetitione dotis.

*Guib. de do. c. 6. num. 15. & seq.*

68. Et quasi Seruiana seu Hypothecaria.

*d.l.unic. §. & ut plenius. Bald. Nouel. in tr. de do. pr. 7. p. 6. Guib. d. iam lo. num. 4. Dn. Borcholt ad §. actionum quadam. Inst. de act.*

69. Nam mulieri priuilegium competit tacitæ Hypothecæ in omnibus bonis mariti.

*d. iam §. & ut plenius.*

70. An autem vxor præferatur creditoribus tam expressam anteriorem habentibus, quam tacitam iuris non satis expediti est? Et licet Negatiua Bulgari, Donelli, Corasij, VVesenbecij, Schneidevvini, Negufani, Pauli Castrensis, aliorumq; opinio rationib non careat & in praxi sit recepta: rectius tamen sentire illos putamus qui hoc affirmant.

*Dn. Borcholt. ad d. §. actionum quadam. Myns. cent. 4. obs. 13. & ad §. fuerat. Inst. d. t. de act. n. 12. & 13. Vaud. 1. q. 21. Guib. de dot. c. 7. n. 5. Bald. Nouel. p. 10. pr. 2. Cuiac. in parat. C. de pr. do. per l. asiduis. C. qui pot. in pig. Robertus 3. Animad. 14.*

71. Quod Priuilegium etiam liberis datur mortua matre.

*per d. l. asiduis & ibi gl. Auth. si quid C. eo. Schneid. ad d. §. fuerat. num. 68.*

72. Non



72. Non autem extraneis.  
*N. 91. Myns. cent. 1. obs. 61.*
73. Frequens fori & vulgi quaestio est: an hoc procedat non solum in dote numerata, sed etiam confessata aut cauta? quod negamus.  
*l. si ex cautione. C. de nō nu. pec. per l. assiduis verb. si tamen re ipsa &c. Geil. lib. 2. obs. 81. n. 7. Bald. Novel. d. p. 10. n. 7. Roger. de do. c. 5. nu. 29. & seq. Guib. c. ult. num. 14.*
74. Neq; etiam in donatione propter nuptias hoc dicere fas est Iuris ciuilibis dispensatione inspecta.  
*l. fin. C. Qui po. in pig. l. unic. C. de pr. do. Bald. Novel. de do. p. 10. n. 30.*
75. Vt & in bonis paraphernalibus.  
*Myns. cent. 5. obs. 4. & cent. 6. obs. 45. Schneid. ad d. §. fuerat. n. 35.*
76. Sed quid si prioris & posterioris matrimonij liberi de dote certent? illos hos antecedere putamus.  
*N. 91. Schn. ad §. fuerat n. 73. Guib. d. c. ult. n. 11.*
77. Restat nunc vt quibus de causis dotium repetitio impediatur videamus. Pactum itaq; vt mortua in matrimonio filia dos apud virū maneat impedit repetitionem.  
*l. si pater. ff. de pact. dot. al. l. unic. §. illo. C. de rei ux. act. Guib. de dot. c. 6. num. 23.*
78. Sic & si dotem non accepit inanis est repetitio.  
*l. maritus. ff. solu. matr. Guib. d. iam loc.*
79. Aut si vxoris culpa distractū fuerit matrimonium.  
*Guib. ibidem.*
80. Ob adulterium dotem mulierem amittere manifesti iuris est.  
*l. 8. §. 4. C. de rap. l. 11. §. 1. ad l. Inl. de adult. Menoch. 2. arb. ind. quest. cap. 287. Const. Roger. d. tr. fol. 509. n. 74.*
81. Vbi tamen requirimus mariti accusationem & inscriptionem.  
*Auth. vt liceat. ma. & au. §. si vero. & ibi gl. Bald. in l. miles. §. socr. ff. de rap. Roger. d. lo. nu. 77.*

C

82. An



82. An autem & paraphernalia amittat disceptatur?  
quod negandum censemus.

*ar. l. hac lege decernimus. C. de pactis con. tam. su. do. quam. don. & c.  
& l. 17. C. de donat. in. vir. & uxo.*

83. Heredibus autem mariti retentionem illam neu-  
tquam concedendam arbitramur.

*Campef. p. 3. q. 216. Duar. in l. rei §. 1. ff. solu. matr. Guib. d. loc. n. 27.*

84. Hic etiam quaestio ventilari solet: An ob osculum  
datum mulier dotem amittat? quod licet quidam affir-  
ment tamen cum Iafone, Alciato, Guiberto & alijs hoc  
negamus.

*Iason in l. 2. ff. solu. matr. Alciat. lib. parer. 4. c. 10. & in l. 2. ff. solu.  
matr. Guib. d. lo. n. 35. & seq.*

85. An autem ob stuprum dotem amittat; plena dis-  
fensionis est quaestio? quod si intra tempus luctus admi-  
serit stuprum censemus adfirmandum.

*Duar. in d. l. 2. ff. solu. matr. Guib. d. c. n. 30. & seq.*

86. Numerum thesium claudat nobilis haec quaestio?  
An compensationi locus sit in dote? ad quam adhibita  
distinctione respondebimus.

## P A R E R G A.

### I.

**S**Tudiose iuris minimè suadēdum putamus,  
vt praxin cum theoria ab initio coniungat.

### II.

Disputationum iuridarum tantum vsum  
esse asserimus vt sine his nulla Respub. necdum  
Christiana diu subsistere possit.

### III. Num



III.

Num verum sit Machiaueli theorema: Vtilius esse principi metui quàm amari?

*c. 17. de principe.*

IIII.

An liceat manus inferre tyranno, eoq; cæso, omnia eius acta, decreta & leges rescindere?

V.

Boni principis officium esse calumniantes & legum contemptores gladio ultore prosequi bonos præmijs atq; honoribus fouere.

*c. solita ext. de maior. Et obed. c. ad reprimentam ex. de off. ordin. l. 3 ff. de off. præf. Paris de Put. tr. synd. Rubr. de exces. regum. n. 45. Laud. tr. de principe. concl. 99. Fortun. Garzia. l. veluti n. 55. ff. de iust. Et iur. Chassan. in consuet. Burgund. Rubr. 1. §. 4 gl. 1. num. 3.*

FINIS.



III

Nam veritas Machiaveli theoriam: V  
tunc esse principum quoniam amari?

III

An licet manus in seculo tyranno, eod. ca.  
so, omnia eius acta, decreta & leges scilicet  
debet

V

Boni principis officium esse caritativum  
& legum contrarios gladio virtute prole  
qui bonos principis ad honorem fovet  
c. solita est de major. c. ad expimen.  
hinc et de off. ordin. l. p. p. Paris de  
Parr. l. p. p. Rubr. de exco. l. g. m. n. 2. Land.  
in de principe. cond. 29. Formae. Garcia. l. ve.  
l. in 2. ff. de iust. c. in. Chaffar. in causa Bar.  
grand. Rubr. l. 4. gl. i. num. 3.

FINIS





ULB Halle

3

003 913 791



*Sb.*

*107*











804

N<sup>o</sup> 41

1598

7



A. F. D. T. E. V.  
Propositiones  
**DE IVRE DOTIVM**  
Ex utroq; iure conscriptæ,  
Quas  
*Præside Dn.*  
**STATIO BORHCHOLTEN**  
V. I. DOCTORE ET IN IN-  
clyta Iulia professore  
publico,  
*proponit & defendet*  
**IOHANNES HACKELVVSCH.**  
*31. Maij in auditorio maiori*  
*hora 6.*  
Pet. Gregor. ex A. Elian. Prænestino.  
*Ὁυ γὰρ πάντα πῦσι καλά, ἀλλ' ἡ ἀξία ἀνεῖ ἀποδο-  
σθῆναι πῦσι κρίλαι.*  
**HELMAESTADII**  
Excudebant hæredes Iacobi Lucij,  
Anno M. D. XCVIII.

